



**Praxis Beneficiariorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

**Rebuffi, Pierre
Coloniae, 1610**

Sacerdotium pro beneficio non rectè accipitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

PRAXIS BENEFICIARIAE
PRIMA PARS, BENEFICIA
ACQVIRENDI MODOS CON-
TINENS.

PRO O E M I U M .

Bvlchrè Vlpianus Iureconsultus totum ius consistere ait: Aut in acquirendo, aut in conservando, aut in amittendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodū quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem suam, vel ius conferuet, aut quomodo alienet, vel amittat. Ita cum instituisse in hanc materiam beneficiariam, quam diligentissime possem pertractare, operæ pretium me facturum putau, si imitatus Iureconsultum eam totam in tres partes, tresque libros diuiderem: quorum Primus sit de acquirendis beneficiis: Secundus de conferuandis: Tertius de amittendis. Ita enim me satis facturum votis studio forum, & omnium qui nosse ista beneficiaria iura cupiunt: nihil enim aliud volunt, quam scire rationes, modos, & quibus acquirantur, conferuentur vel amittantur beneficia: hæc omnia nos conabimur pro virili edocere & tradere, quæ ex quotidianis consultationibus longissimo vsu fori, in quo diu versati sumus, iuriſq; & interpretū libris didicimus.

Antequām tamen ingrediar materiaū, pauca p̄fabor de hac voce Beneficii: sunt enim quibus magis sacerdotium, quod ~~is~~ ^{est} Græci vocant, quam beneficium dicere placeat. Atque beneficium putarem ista significatione, quam hic usurpamus Latinum verbum non esse. Nos primum contestabimur non decreuisse verba usitata, receptaque apud iuris Canonici peritos, tanquam artis vocabula immutata: ne potius conturbemus, confundamusque artem, & ius ipsum,

quām doceamus, & p̄cipue in his verbis beneficii & sacerdotii: nam nusquam vel rarissimē in iure Canonico reperias beneficium pro sacerdotio, vel contrā accipi: sed semper distincta esse. Sacerdotium enim sumimus pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate sacerdotis, presbyterive, ad quem pertinet sacrificium corporis & sanguinis Domini, in altari Dei confidere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. c. *perfectis.* 25. *dīst.* Beneficium verò confitit aut in prouentibus, emolumentoque quodam, ut p̄benda: Aut in sola quadam p̄eminentia p̄stantiaq; sine iurisdictione, ut quis primas fides, locumq; seu protocathedri ahabeat, vt personatus: vel cum jurisdictione, vt dignitas: vel in simplici quadam administratione sine illis, & officium dicitur. Quām differant igitur iure Canonico sacerdotium & beneficium, constat. Neque enim omnis qui habet sacerdotium, beneficium habet: Et perinde est, ac si doctoratum, vel alium gradum iurisperitorum quis idem esse dicat cum magistratu, & officio aliquo publico. Nam non omnis qui gradum illum habet magistratum habet. Et institutione, origine, forma, temporibus & substantia rerum, in quibus illa sita sunt, & circa quas versantur, diffierunt inter se. Et alia via quæruntur beneficia, alia sacerdotia. Quædam tamen sunt beneficia dicata sacerdotibus: c. *constitutus, de concess. preb. c. ei cui.* *de non sacerdotali, de preb. lib. 6. ubi p̄benda addicta sacerdotibus, sacerdotalis dici.* Simplicia beneficia tur, quam p̄bendam si quis velit appellare sacerdotium, non impedio: tamen sacerdotia non contentaneum est iuri, alia beneficia vocari.

A

Quid sit & quot modis

non addicta sacerdotibus, sacerdotium appellare, cum sine sacerdotio esse possint, ut simplicia & non curata beneficia, quibus ordo aliquis non est annexus, & cum simplici tonsura teneri possunt. c. ult. de prab. & not. in i. licet cano, de elect. si quis igitur dum ius Canonicum docere vult, haec confundat, conturbat omnia. Vix etiam apud Iureconsultos, vel Oratores usurpari existimo sacerdotium pro beneficio, vt in iure canonico accipimus.) Namrum beneficia illa non erant, res noua est, nota tantum Christianis. Quare rebus nonis noua vocabula inuestiganda fuerunt, velut præbenda, canoniciatus, præfatura, personatus, præstemonia, aliaq. nomina: quæ ut res novæ, ita Romanis illis erant incognita. Apud autem iureconsult. legimus tantum pro dignitate & munere sacerdotis: r. in l. non distinguens. §. sacerdotio. ff. de recep. arb. l. rna. ad leg. Iulia. de ambi. t. pen. & l. in honoribus de vacat. muner. l. si quis. de pollicit. l. sponte. de munerib. & hono. Et Imperator ait, in authentica quonodo oportet Episcopus in prim. collat. maxima quidem in omnibus dona esse à superna collata clementia, videlicet Sacerdotiū & Imperiū.

Itaque sicut instituta, ritus, leges Christianorum multum diversas & incognitas veteribus, & Ethnici libenter (ut debemus) amplectimur ita inuenta ab illis nomina cur reuicimus? Etvit Christianorum lingua utimur quatenus receptum est, & rerum ordo, & substantia non laeditur, ita uti Christianorum dictionibus amemus. Ergo à nostris debemus, & non efficiat nomina capere, quæ nouas quoque res significant, vt præbenda, personatus, lectores, cantores, & alia permulta ab ipsis invenia sunt, quæ propriam & peculiarem habent significationem. Romani etiam finixerunt sibi initio nomina, principes quoque nostri, & autores iuris sua, quæ si sequamur, non ægræ ferendum est: non laudo tamen illos, qui nulla rerum necessitate, vel mutatione coacti, eum Romanum nomen in promptu sit, barbarum querunt pro suo arbitrio: sed tum faciendum eximo, cum res nouæ antiquis comparata,

aut ipsarum ordo, aut substantia mutata, nonen vel mutandum, vel alio transferendum, vel effingendum postulant, quod in sigulis quoque fieri docet. Cicero in libro de Finibus honorum & malorum.

Quid sit, & quot modis dicatur beneficium.

I Mprimis, quia de beneficiis acquirendis agimus, videamus quid sit beneficium, & quomodo accipiatur, quidve eius nomine continetur, & quotplex sit: deinde quot modis acquiratur, & alia suò quæque ordine tractabimus.

2 Itaque beneficium est gratia concessa præter ius: & sic differt à rescripto & privilegeo secundum iurum interpretes, & definitur in cap. i. quib. mod. feud. amiti. & per Io. de Selua, in tract. de benef. in i. part. q. 1. Aliam quoque dedi ego definitionem, in princ. arb. feud. in quibus diutius immorandum non censeo, licet prædicta parum à me probetur, quia forensia non respiciunt.

3 Sed aduertendum est ex co[m]muni in-
terpretum sententia beneficium accipilar-
fricte bene
gè & strictè: largè comprehendit referi-
scum su-
ptum, mandatum, & omne id per quod a-
matur,
licui benefit: & sic omne rescriptum. Bar.
& ali in l. si ff. de const. princ. & in l. sun de be-
neficio. ff. ad legem Falei. vnde beneficium
literarum dicitur text. in c. ad audienciam. 2. de
rescript. & commodatum dicitur beneficium,
in l. in commodato. §. scit. ff. commod. c.
i. illo. ut. in Decret. Appellationis beneficium. in c. fin. de appell. & in c. penult. & bene-
ficium testandi, in l. penult. C. de testament.
milit. & dispensationis beneficium, in cap.
immortuit. verb. habitu. de elect. facit. l. seruus ead-
eg. ff. mandat. l. si pignore, defurt. l. vnum ex fa-
milia. §. i. de leg. 2. l. & manumissionis bene-
ficium. in l. manumissionis. ff. de iustitia & iu-
re. l. 2. §. Praetor. qui satid. cog. priuilegium
vocat beneficium iuriscons. in l. iff. ad mu-
nicipales, & principis beneficio fieri posse,
docet. l. fi. ff. de adopr. & beneficium legis
in l. libere, C. de oper. libero, beneficium ætatis
in l. Julian. ff. de in integri. rest. l. eti. §. a. & l. pre-
ses. ff. de nun. beneficium restitutio[nis]. cum
mandat. Ibidem quod alibi vocat auxilium
restitu-